

cedente matre, quatuor filijs relictis, duob. in potestate patris, & alijs duob. emancipatis, & decedentibus. constitutis in potestate patris antequam sibi quæreretur hereditas materna, hoc est, antequam eam adirent, tota hereditas materna quæritur & pertinet ad duos filios emancipatos superstites pro virilib. portionib. & patri eorum nihil quæritur de portionib. quæ competebant filijs decedentibus, post matrem, & constitutis sub patria potestate eiusd. patris: Ergo ecce text. expressus, ubi pater excluditur ab hereditate filijs suis famil. delata, eo, quod præd. filij habeant coheredes alios fratres eiusdem matris, & sic ex tacita testatoris voluntate, quod sane non ita fuisset, si coheredes fuissent extranei, nã posset pater tunc adire hereditatem filijs delatam per d. l. si licet Imol. in l. si filiusfam. ff. de hered. inst. intelligat in text. illo ideo patrem non admitti, quia filij illi qui decederunt, non adierunt hereditatem nec repudiaverunt. Ipse tamen existimo, etiam in causa expulsionis patris fuisse coniecturam mentem ipsius testatoris, quia erant coheredes filij etiam eiusd. idemque fratres decedentium. Ergo si hoc ibi in coheredibus coniunctis statutum est, à fortiori idem erit in substitutis coniunctis, quia fortius est ius substitutionis vulgaris, quam jus accrescendi, ut probat textus in l. 2. §. si duo ff. de bon. poss. secundum tabulas cum alijs similib.

Vnum tamen restat in nostro proprio casu, de quo agimus, quando filius renuntiavit cū iuramento hereditati maternæ, quod etiam si mater alium heredem extraneum faciat, adhuc videtur valere renuntiationem & nocere patri, & hoc addo ipse ampliando doctrinam Pauli, qui hoc tantum intelligebat habere locum, quando mater instituit alterum coniunctum, & innuebat, secus esse si institueret extraneum, & hoc timore gl. communiter approbatæ in d. l. si sed ego gl. illam & communem opinionem in præsentis nostro casu non timeo, quia inter hos casus est diuersa ratio: nam in nostro casu filius cū iuramento renuntiavit hereditati matris in eius fauorẽ, quæ renuntiatione nocet patri, quia iurata, & quia super iure quærendo, & nõ quæsit, ut supra dictum est, vnde mater poterit libere de sua hereditate disponere etiam in extraneos: at vero in casu d. l. si & gl. ibi. & communis opinionis, filius ante delatam sibi hereditatem nunquam renuntiavit, sed postquam sibi delata fuit, renuit & recusat adire, quod non potest facere in præiudicium patris: Nam eo nõ obstante pater poterit suo periculo adire, vnde merito, quod in hoc casu substitutus extraneus datus à matre, nõ prius patrem hac facultate aduendit, præterquam si substitutus sit coniunctus, ut supra dictum est, & hæc ampliatio ad doctrinam Pauli vera videtur, non tamen eam omnino affirmo. Et cum his est expeditus primus casus distinctionis Pauli, scilicet, quando mater, cuius hereditati filius cum iuramento renuntiavit, decedit testata.

Superest tunc alius casus Pauli, scilicet; Quando mater decedit intestata, an renuntiatione filij nocet patri? Et Paulus tenet, quod acquiratur hoc casu hereditas patri per eius agnitionem, ut in d. l. si. quia statim mortua matre intestata eius hereditas defertur filio, vnde eo renuntiante potest pater adire: Sed hoc ipse intelligo verum præterquam si renuntiatione hereditatis fieret in fauorem fratrum, matre consentiente; Nam si cut potest renuntiare in fauorẽ eius, cuius hereditas renuntiavit, ita etiã & in fauorem fratrum, ut supra est dictum; Vnde si in eorum fauorem renuntiatione fiat, existimo quidẽ nocere patri eiusd. rationib. quib. supra diximus cum Paulo nocere renuntiationem factam in eiusd. matris fauorem, quando mater decedit testata, imo à fortiori, quia à principio emana-

uit renuntiatione in fauorem fratrum principaliter, ne fieret simpliciter, adhuc videtur in dubio facta fauore fratrum vel sororum, & sic etiã testator decedat ab intestato, filia, quæ renuntiavit cū iuramento eius hereditati simpliciter, nõ admittitur ad successionem ipsius, imo repellitur, ut testatur receptissima esse & cõmunem opinionem plurib. Doctorib. relatis Couar. in præsentis in 3. par. §. 3. n. 5. Vnde cum excludatur per suam renuntiationem præcedentem iuramentum ab ea hereditate, & ad eam admittantur fratres in quorum fauorẽ fuit facta, vel subintellecta prædicta renuntiatione cū consensu matris, & renuntiatione fit iuris quærendi merito, quod etiam hoc casu valeat & præiudicet patri, & sic male suspicor de doctrina & opinione Pauli, ubi supra in hoc secundo casu, scilicet quando mater decedit intestata per supradicta, & huius mæ opinionis videtur fuisse Couar. ubi supra, d. §. n. 4. dum simpliciter tenet, valere renuntiationem supradictam, & non distinguit, an testata vel intestata decedat mater.

Vno tamen casu posset procedere opinio Pauli, scil. quando mater, cuius hereditati renuntiatum est, non haberet alium filium vel filiam, nepotem vel neprem, præter eum, qui renuntiavit, quia hoc casu defuncta matre ab intestato, cum non habeat alium descendentem, præter illum, qui renuntiavit, videtur, quod eidẽ deferatur hereditas ipsius, nõ obstante ipsius renuntiatione, quia ea haberet effectum, si mater decederet testata, vel si intestata, cum heredib. tamẽ descendentibus, vnde eis non relicta videtur quod reacquiratur filio, qui renuntiavit, & per consequens pater ipsius admittatur ad eam per d. l. si. & isto solo casu posset saluari opinio Pauli.

Vltimo restat in hoc articulo, ut expediamus doctrinam Pauli, ubi supra, hic agere, an vera sit limitatio Couar. in usufructu, quia ipse tenet, quod licet renuntiatione hereditatis maternæ cum iuram. facta valeat quoad alia, patri tamen non nocet quoad usufructum, & postea dicit, quod licet sit dubius, tamen adhuc eam admittendam esse censet.

Pro hac opinione & limitatione allego text. in d. l. 19. §. si filius autẽ, C. de bo. qua. lib. ubi probatur, quod filiusfam. dum parentes viuunt, non possunt testari de reb. in quib. ad patres usufructus pertinet, nec dominium earum villo modo alienare citra voluntatem parentum nec hypothecæ tradere, vel pignori assignare, & reddidit text. rationem his verbis; *Melius. n. est coartare iuueniles calores, ne cupidini dediti tristem exitum sentiant qui eos post dispersum expectat patrimonium.* Ergo ita & eodem modo nõ poterit filiusfam. renuntiare hereditati maternæ in præiudicium usufruct. eius patri debiti, & legitimis sanctionib. ratione patriæ potestatis citra consensum & voluntatem ipsius patris: confirmatur etiam, quia in casu d. §. filijs, etiam si iuramentum intercedat, adhuc alienatio non valet, ut tenet gl. ibi verb. voluntatem, de qua alibi late dicemus annuente Deo.

Et t ex d. §. filijs autem, dixit eleganter gl. ordinaria in l. c. heredi. §. filiasfam. verb. legat. vers. sed quid hodie ff. de pact. quod hodie filiasfam. non potest facere pactum de non petendo legatum sibi relictum sub conditione in præiudicium usufructus patri in eo debiti: Ergo ita & eodem modo non poterit renuntiare hereditati maternæ, & si renuntiet, renuntiatione non nocet patri quoad usufructum, quia clarum est, quod ea continet pactum de non petendo, ut probatur ex nostro text. & illi gl. est alia similis in l. contra iuris, §. si. verb. inutile est, in fine. ff. eodem de pact. quas gl. sequitur Paulus de Castr. in d. §. filiasfam. n. 2. & ceteri post eum, secundum Ioan. Orosc. ubi n. 3.

Confir-

Confirmatur: tã isthæ opinio & limitatio, quia filiusfamil. etiam delinquendo non potest patrem priuare usufructu sibi debito & pertinere in peculio aduentitio, quia id peculium ob patris præiudicium euitandum non publicatur ob delictum filij, non solum respectu usufructus sed neq; etiam quod proprietatem, ut pluribus Doctoribus relatis testatur communem opinionem esse Couar. 2. variat. resol. c. 8. nu. 7. col. penult. illius numeri ad si. quam opinionem sequitur plures Dd. allegans & late fundans Anton. Gom. 2. i. c. de serui. n. 22. 23. & 24. & testatur etiam cõmunem Petrus Duennas in reg. 27. limit. 7. fol. 98. ubi alia in materia tradit, & nouissime resoluit esse communem plures allegans eamq; probans & defendens ab impugnationibus tenentium contrarium, amplians & limitans Menochius doctissime de recuper. possess. remedio. g. nu. 65. & seq. fol. 81. & seq. qui in proposito est omnino videndus: Ergo nec per renuntiationem poterit filius priuare patrem hoc usufructu sibi debito in bonis maternis.

Nec tenendo hanc opinionem, oberit noster text. quia imo probatur in eo hæc limitatio in vltimis verbis text. scilicet, quia est in præiudicium alterius.

Sed his omnibus non obstantibus meo iudicio contraria opinio verior est, imo quod hæc renuntiatione nocet etiam patri respectu usufructus sibi acquirẽdi in bonis maternis, & hæc est intentio & mens Pauli, dũ indistincte & generaliter tenet, nocere patri renuntiationem eo casu, quo mater testata decedat.

Quæ opinio t probatur expresse in authent. excipitur, C. de bo. qua. lib. ubi in expressis terminis usufructus probatur, quod patri non quæritur usufructus in his bonis, quæ filijsfamil. dantur & relinquuntur ab aliquo parentum, conditione hac adjecta, ne ad patrem perueniat usufructus: Ergo mater, in cuius fauorem filius renuntiavit, relinquendo hereditatem alteri filio, vel extraneo, expressissime videtur patrem priuare usufructu, quia magis factu, quam verbis voluntas declaratur.

Et hæc opinio procedet non tantum, quando mater decedit testata, sed etiã si intestata decellerit, quia licet tunc non militet ratio text. in d. authent. excipitur, militat tamen alia ratio sufficiens, quæ efficit validam prædictam renuntiationem, scilicet, quod sit iuris quærendi, in quo filius potest præiudicare patri, ut supra late dictum & probatum est, & maxime, quia eo tempore, quo filius renuntiavit, non est certum, patrem habiturum usufructum bonorum maternorum, eo tempore, quo filio defertur hereditas, si ei non renuntiasset, quia poterit contingere, quod pater decedat prius, quam mater renuntians, vel etiam si superuiuat pater, poterit contingere, quod filius, qui renuntiavit, tempore mortis matris exierit à patris potestate, aliqua de pluribus causis à iure expressis, & sic patri nullo modo usufructus acquireretur, etiam si eius filius hereditati prædictæ non renuntiasset; Vnde tam ea ratione, quod renuntiatione sit iuris quærendi, quam euentus, & incertitudinis acquisitionis usufructus, valebit optimo iure præd. renuntiatione, & præiudicabit patri, etiam si pater potest sit in ea causa, ut sibi quæreretur usufructus, si præd. renuntiatione facta non fuisset.

Non obstant huius secundæ opin. fundamenta supra adducta pro prima, nam eis omnib. patet responsio ex supradictis in hac secundæ opinione, scil. quod procedunt, quando patri est iã quæsitus usufructus, ut constat ex eisdemmet iurib. & fundamentis; Nam tunc merito; quod filius nullo modo possit patri in eo præiudicare, nostra vero q. loquitur & procedit in usufructu & iure quærendo, non vero in quæsitio per

quod datur bona declaratio ad iura & doctrinas glossarum & Doctorum supra adducta.

Non obest etiam huic secundæ opinioni text. in hoc cap. quamvis pactum, in fin. quia ei iam supra respondi-mus cum gloss. final. in præsentis communiter approbata, scilicet, quod procedat de principali detrimento, secus vero de secundario, prout est id, quod patri fit in usufructu, vel filijs renuntians per supradictam glossam.

Sed contra hanc secundam opinionem veriorẽ, eo casu, quo mater decedit testata, & sic contra authent. excipitur, fortiter obstat text. in l. quoniam in priorib. C. de inoff. testam. cui consonat l. 17. tit. 1. par. 6. & l. 1. tit. 4. ead. par. ubi probatur, quod filio in legitima nullum onus nec grauamen siue cõditio apponi potest, & si apponatur, reiiicitur & pro non apposto habetur: Ergo mater nõ poterit apponere conditionem filio in legitima, ne scilicet usufructus acquiratur patri eius.

Sed huic difficultati potest dupliciter responderi. Primo, quod mater possit apponere hanc conditionem, quando male suspicatur de morib. mariti, quia tunc potius tendit cõditio ad prudentiam filij, quam ad ipsius damnum vel grauamen, ut probat text. in l. filijs matrem, C. de inoff. test. bonus text. in l. multi nõ nota, ff. de lib. & posth. quæ iura non sunt correctæ per d. l. quoniam in priorib. prout tenet præfatus hæc esse communem resolutionem Roderic. Suar. in d. l. quoniam, in limitatione ad illam l. in princ. & n. seq. & n. 11. testatur etiam communem opinionem Mench. de success. creat. §. 10. n. 259. & 406. sequitur Alciat. reg. 1. præsumt. 2. nu. 3. ubi plures Dd. refert.

Imo, quod fortius est, text. in d. authent. excipitur, pro-cedit, etiam si mater non suspicatur male de moribus mariti, nam indistincte in legitima poterit apponere filio hanc conditionem, ne scilicet usufructus patri acquiratur, quia utroq; casu est fauor & prouisio filij quod ejus pater non habeat usufructum, & ita tenet gl. in authent. ut liceat mariti & auia, in princ. verb. participium, quam gl. sequutus fuit Bald. in l. filia cuius, col. si. ad fi. C. fam. ercise, & Salyc. in d. l. filijs matrem, dicens, se approbare d. glossam, quam sui maiores tenuere, & inquit Roder. Suar. ubi supra, nu. 11. quod audiuit secundum hanc opin. fuisse iudicatum in Cancellaria. Eandem etiam opin. sequitur & latissime defendit aduersus tenentes contrarium Mench. ubi supra, n. 234. ubi dicit communem esse. Eandem quoq; dicit magis communem Salyc. ubi supra, & eum referens Anton. Gom. in l. 48. Taur. n. 11.

Sed Bart. in d. authent. excipitur, reprobat supradictam gl. & tenet contrariam opinionem, quia alias esset in voluntate matris priuare patrem usufructu sibi debito per leges in bonis maternis filiorum suorum famil. Hanc etiã secundam opinionem latissime sequitur, & defendit Roder. Suarez ubi supra, num. 11. eandem dicit magis communem Anton. Gomez in 1. tom. c. 11. n. 27. & idem in d. l. 48. Taur. d. n. 11. eam sequutus, ubi plures Dd. huius opinionis refert; Vnde redditur difficilis articulus hic & dubius, scil. quando mater nõ suspicatur male de morib. mariti, quia quando male suspicatur, cõmunis est resolutio & vera sine dubio, quod hoc potest facere, ut supra dictum est, ideo relinquendo cogitandum super dicto articulo, quando mater non suspicatur male de marito; An possit prohibere usufructum acquiri patri sufficiat me adduxisse remissioe, quæ in hoc puncto scripta inueniã pro parte affirmatiua quæ negatiua, quia locus iste non exigit altiore indagine: licet ut meum iudicium declarem in hoc, mihi sepe verior visa fuit secundæ magis cõmunis opinio suprad. scilicet, quod mater non possit prohibere patri acquiri usufructum, quia is ex

PPP 2



S V M M A R I A.

legum dispositionib. ei competit tanquam legitimo administratori, ratione & virtute patrie potestatis, unde mater & hoc ius tollere non potest, arg. l. nemo potest ff. de leg. 1. & per alia fundamenta, quae me mouent ad tenendam hanc opinionem, quae nunc omitto, atq; difficile putarem, posse obtineri secundum primam opinionem supradictam.

Secundo & verius in proposito respondetur dicte difficultati motae ex tex. in d. l. quonia in priorib. quod illa procedit respectu d. authent. excipitur, non vero in nostro casu & quaestione, quia nos non agimus, quado mater instituit ipsummet filium, sed quado filius in vita matris, & cum eius consensu renuntiavit cu iuramento hereditati matris, & mater ipsa instituit alios heredes, non vero filium renuntiantem; Unde mater cum in sui fauorem fuerit facta renuntiatio, bene poterit disponere ad libitum de ipsius bonis, ad quod praestat argumentu ratio tex. in d. authent. excipitur casus vero illius tex. non est idem, de quo nos agimus, quod filius poterit renuntiare hereditati matris in hoc casu in praedictum vsusfructus patris, probatur manifestissime ex his, quae supra, no semel dicta sunt scilicet, quia est ius quaerendum, cuius quidem non par ratio est cum iure quaesito. Item & ex gl. in d. l. si quando, §. si. C. de inoff. test. communiter approbata, vt supradictu est, quae tenet, posse filiu in praedictu liberorum renuntiare hereditati patris, & consentire se praeteriri & exheredari, & vinculum & quocunq; alia onera in sua legitima apponi, maxime interueniente iuramento, vt supra late dictu est. Igitur a fortiori id habebit locum in filio renuntiante in praedictu patris, quia magis debita est hereditas patris filio, quae hereditas filij patri, item & quam vsusfructus, quia legitima debetur filijs iure nature, vt dictu est; vsusfructus vero debetur patri ex dispositione ciuili, hoc est, legali, vnde cum fortius sit ius filiorum quam patris, & in praedictu filiorum valeat renuntio, valebit & fortius in praedictum.

Quando vero pater consensit renuntiationi huic per filium factae de bonis maternis, claru est & absq; dubio nocere in totum patri, quia ipse cõsenser, & ita tenet Couar. vbi supradictu & probatur praeterea a fortiori, hoc est, in iure iam quaesito in d. l. si filij autem, C. de bo. qua lib. & in alijs plurib. iurib. quibus probatur, posse que iuri pro se introducto renuntiare, quae iura vulgaria sunt, & ideo ea non refero, & cum his remanet bene declarata tota opinio & doctrina Pauli de Castro in d. l. si in princ. quae nunquam sic declarata vidi neq; inuenies alibi hucusq; quia Dd. hic nec alibi non examinant ea, licet sit articulus difficilis, quotidianus & optimus, quia Couar. & Vellus Ferna. vbi supradictu qui de ea mentionem fecerunt, aliter, quam in meo libro se habeat, litera Pauli retulerunt, licet ob hoc non sint arguendi, quia credendu est in suis libris litera Pauli esse pro vt ipse retulerunt, & non ita late declararu, ideo meti sunt tenenda omnia supradicta, quia honoru & pecunias tibi afferre poterunt. Post primam huius operis editionem illustrissimus Couar. in altera noua editione sue repetitionis huius c. praescriptis his meis scriptis [quia hunc libru ad eum cum mea epistola familiari misi, & mihi rescripsit adhuc suis adherendo] cum mea opinio in omnib. supradicta circa doctrinam Pauli vbi supradictu nempe in d. l. si in princ. n. 5. C. de bo. qua lib. concordauit & condescendit, eamque iure probauit a sua priori contraria circa vsusfructum discedens, tribus conclusionibus nouiter propositis, quas addidit in praedicta nouissima editione, me tamen tacito, imo & signis atque stellis ab eo nouis additionibus consuetis apponi praetermissis cum tamen in alijs nouissime me referat.

- 1 Leges ciuiles, quae improbant pactum, de quo in hoc textu referuntur, & earum rationes, remissive.
- 2 Pactum siue renuntiatio de non succedendo an firmetur iuramento de iure ciuili.
- 3 Pactum siue renuntiatio de succedendo an firmetur iuramento de iure ciuili?
- 4 Dispositio huius tex. est seruanda, etiam per iudices seculares laicos.
- 5 Ius Canonicum est seruandum, etiam in foro ciuili & per iudices laicos, in conuenientibus peccatum.

Mprobat lex ciuili. Haec l. ciuili est l. si. & in l. pa. l. sum quod dotali, C. de pact. & in l. pactum dotali, C. de collat. & in l. si quando §. 1. & 2. C. de inoff. testam. quarum legum rationes assignat & ponit Couar. in praesenti initio tertiae partis velle ideo eas non referam.

Est tamen in hoc dubium, scilicet, An attento iure ciuili pactum huiusmodi de non succedendo, hoc est, renuntiatio, firmetur iuramento? In quo gloss. in d. l. si quando, §. illud verb. praeuari, C. de inoff. testam. tenet, quod siue pactum istud sit de succedendo, siue de non succedendo, non firmetur iuramento, eandem opinionem tenet gloss. in d. l. pactum dotali, verb. improbatu, quae refert Petrum tenentem contrarium, imo quod huiusmodi renuntiatio iuramento firmata valeat & teneat: est etiã similis gl. in l. qui supersitit, verb. repudiatur, ff. de acquir. hered. sed opinionem Petri, quod valeat, tenet Bart. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. & idem Bar. in d. l. pactum dotali, vbi Decius num. 5. testatur esse communem opinionem, dicit etiam communem Boerius dec. 62. n. 13. & hanc opinionem tenet & declarat Romanus in d. l. qui supersitit, n. 1. Cagnol. de repet. d. l. si. nu. 15. C. de pact. volu. 7. repetitio, & Anton. Gom. in l. 22. Taur. nu. 6. & haec communis opinio procedit hodie & probatur attenta dispositione iuris canonici in hoc c. quomodo pactum, opinio vero contraria gl. attenta dispositione iuris ciuili, quod improbat huiusmodi pactum & iuramentum, id non confirmat, tanquam factum contra prohibitionem legis, vt in l. non dubium, C. de leg. ita has duas opiniones concordat Bald. in d. l. pactum dotali, n. 1. & Salyc. ibi. nu. 1. & eam dicit communem Hozad. conf. 97. n. 13. tenet idem Bar. in repet. l. si potest, nu. 7. ff. de acq. hered. vbi Maranta num. 218. testatur eam Bartol. opinionem esse communiter approbatam, & tenuit ante omnes gl. hic verb. seruari debet.

Sed supradicta procedunt in pacto de non succedendo iurato, de quo loquitur noster tex. Nam cum non sit contra bonos mores, bene firmatur iuramento, & sic quantum ad hunc casum bene reprobantur d. gl. tamẽ quatenus loquitur in pacto affirmatiuo de succedendo, bene dicunt gloss. quod huiusmodi pactum non firmetur iuramento, quia tractatur de hereditate viuientis, quod est reprobatu, quia contra bonos mores, ne detur votum captandẽ mortis, vt in d. l. si. & ibi notat. C. de pact. & iuramentum contra bonos mores non est obligatorium, etiam attento iure Canonico, vt in c. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. de quo pacto noster tex. no loquitur, sed de pacto de non succedendo, & ita inuenio, quod hanc opinionẽ gloss. in pacto affirmatiuo de succedendo tenent & sequuntur Dd. ibi. vltra quos eam opinionẽ gl. in hoc dicit communem Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta, colum. 3. ff. de verb. obligat. sequuntur & dicunt communem plures relati per Tiraquel. in l. si vngam, in princip. num. 157. & sequent. C. de reuocand. donat. sequitur alios referens Gregor. Lopez in l. 33. tit. 11. part. 5. in gloss. no deue valer. & in hanc materiam intelligit Bart. in d. l. si. nu. 9. C. de

C. de pact. & ibi. Dd. & hanc opinionem testatur communem, plurimos allegans & bene probans Mar. Socinus Junior conf. 4. per tot. lib. 2. qui est videndus omnino.

Ultimo test notandum, quod dispositio huius tex. est seruanda, etiam per iudices seculares laicos, per tex. in c. licet, de iure iur. lib. 6. & ita tenet gl. in hoc cap. quamvis pactum verb. seruari debet, ad fi. dicens, quod iudices seculares compelli possunt per censuras Ecclesiasticas ad obseruantiam huius textu.

Cuius ratio est, quia cum simus in conuenientibus peccatum, ius Canonicum est seruandum, etiam in foro ciuili & per iudices laicos, vt in c. fin. & ibi gl. & Dd. de praeser. & ita hanc opinionem in terminis nostri textu. tenet Georg. Natta in repet. huius textu. n. 10. & Guiler. Bened. in repet. c. Reg. de test. verb. duas habens filias, n. 247. fol. 33. in 1. par. & testatur communem opinionem esse ex testimonio Paul. Paris. Cou. in praesenti, in 3. par. velle §. 4. n. 9. & ita est tenendum.

S V M M A R I A.

- 1 Renuntiatio non firmatur cum iuramento dolo praestito.
- 2 Enormissima lesio in casu huius text. an sit causa sufficiens ad rescindendam renuntiationem iuratum, de qua in hoc text. & quod remedium siue cautela adhiberi possit ad hoc remissive.

In iuramento non vi, nec dolo praestito firmatum fuerit ab eadem Formam huius iuramenti, vt comprehendat omnes defectus & laciones, polui late supra in repet. authent. sacramenta puberum, C. si aduers. vend. & ad ibi dicta me remitto.

Sensus igitur horum verborum est, iunctis infra proximis, quod si iuramentum, de quo in hoc text. praestetur vi, vel dolo, non firmatur cum eo renuntiatio idem probat text. in c. cum contingat, de iure iur. & in d. authent. sacramenta puberum cum alijs similib. de quo videndi sunt bene materiam hanc examinales vltra Dd. in locis ordinarijs, scilicet, an contractus vel renuntiatio, iuramento per merum, vim, dolum praestito sit nullius momenti, & an opus sit relaxatione & abfolutione Con. hic in 2. par. §. 4. n. 2. & idem Con. lib. 1. vbi resol. c. n. 1. & idem in quarto de sponsal. 2. par. c. 3. §. 3. & Mart. de Aff. dec. Neap. 263. & 322. n. 6. & ibi eius addit. & 194. n. 1. & Nauar. in repet. c. acceptam, de resit. spol. in 4. opposit. n. 11. & Greg. Lop. in l. si. tit. 11. par. 4. gl. 2. ad fin. videnda est etiam d. l. si. partita, & l. 28. tit. 11. par. 5. quae ll. videntur sibi inuicem contrariae. Sed Greg. Lop. in d. l. 28. verb. Iurando, ponit concordiam; videndus est etiam in materia Roland. a Valle conf. 2. nu. 76. & seqq. lib. 1. vbi omnes agunt de materia c. si vero, de iure iur. & quia ipsi bene hoc declarant, ideo ego omitto.

Sed; An enormissima lesio contingens in huiusmodi renuntiatione iurata sit iusta causa, propter quam possit retractari ipsa renuntiatio, & quod remedium siue cautela possit adhiberi, ne renuntiatio siue contractus iuratus rescindatur praetextu huius lacionis enormissimae, obtenta prius relaxatione iuramenti ad effectum agendi & excipiendi? dixi late in d. authent. sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. n. 97. & seq. ad ibi dicta me remitto, interim in terminis huius c. quamvis pactum, vide omnino Antonium Gabriel. lib. 3. commun. opin. concl. 1. de iure dot. pag. 212. vbi refert duas communes opiniones contrarias in hoc, & tandem affirmatiuam dicit videri magis communem, & ibi eam pluribus modis ampliat & limitat, & n. 11. refert esse communem opinionem ex Grapto conf. 8. vol. 1. quod tunc lesio dicatur nimis excessiua, quando est vltra triplum, vel quadruplum iusti

pretij, verius credo, vt in hoc relinquatur arbitrio iudicis.

In renuntiatione legitima patris viuentis, quod non rescindatur praetextu enormissimae lacionis bonis rationibus plures allegans, tenet D. Burgos de Paz conf. 5. n. 7.

Ultimo poterat hic examinari quilla; An solus metus reuerentialis sit sufficiens ad rescindendum contractum vel renuntiationem iuratum? Sed omitto, alibi volente Deo latissime dicturus, ne dum breuis esse cupio in hac repetitione, longus esse videar.

S V M M A R I A.

- 1 Filia renuntians in casu huius text. excluditur ab hereditate patris etiam intestati decedentis.
- 2 Hoc limitatur, quando parens nullos alios filios habet.
- 3 Hoc sublimitatur, si adsint nepotes, vel nepes.
- 4 Renuntiatione facta, non quidem conuentione filiorum, sed vt is, in cuius fauorem renuntiatu, possit libere disponere, non admittitur renuntians ad hereditatem parentis decedentis, etiam sine alijs descendantibus.
- 5 Filius in casu huius text. etiam si renuntiauerit iuri petendi alimenta, poterit nihilominus, si maiegeat, ea petere.
- 6 Filius, vel filia renuntians in casu huius text. excluditur a legitima, quae sibi competeret si non renuntiauerit.
- 7 Renuncians hereditatem parentis, non prohibetur succedere fratri, etiam si frater ipse successerit parenti & eius bona habeat.
- 8 Hereditas postquam est adita, non dicitur amplius hereditas, sed efficitur proprium patrimonium heredis.
- 9 Renuntians hereditatem parentis, non prohibetur succedere fratri, qui fuit heres eidem parenti, licet decesserit ante aditionem hereditatis.
- 10 Cautela, vt renuntiatio vtrumq; comprehendat.
- 11 Renuntiatio in casu huius text. non impedit renuntiantem, quin capiat, quod sibi relictu est in testamento ab eo, cuius hereditati renuntiauit.
- 12 Procedit hoc, etiam si filia renuntiauerit successioni ex testamento.
- 13 Procedit etiam si renuntiatio fiat fauore fratrum, patris consentiente.
- 14 Renuntiatio, de qua in hoc text. facta alijs filijs existentibus, & decedentibus postea in vita parentum, non impedit, quin renuntians admittatur ab intestato, & contra testamentum eius, cuius hereditati renuntiauit.

Omnino seruari debet. Ex hoc inferitur planissime, quod filia huiusmodi excludetur virtute praed. pacti & renuntiationis iuratae ab hereditate patris etiam intestati decedentis, vt plurimos allegans testatur communem esse opinionem Couar. in praesenti, par. velle §. 3. n. 5. vltra quam eandem opinionem sequitur & dicit veriorẽ bene probas eam & defendens a fundamento tenentium contrarium Antonio Gom. in l. 22. Taur. n. 8, qui n. 9. latissime etiam probat & fundat, quod neq; contra testamentum, in quo praeterita est huiusmodi filia, villo modo admitti poterit, propter renuntiationem praed. & testatur esse communem opinionem, & probari in hoc text. in illis verbis, nullum ad bona paterna regressum habere, & etiam probatur in his verbis, quae nunc declaramus, scilicet, omnino seruari debet.

Sed hec supradicta procedunt, praeterquam si re-pote renuntiationis pater, vel mater nullos alios filios habebat praeter renuntiantem, nec postea etiam nati